Bannio.
5. Jan. 1641

Ternas mihi epistolas tuas, Banni amp^me atque amicissime, cum caeteris Gallorum scriptis heri Porlius tradidit. Id si heri ante vel noctis aliquanto ~~[illegible]~~ tantisper meridie ~~mediam noctem~~ accidisset, jam una opera cum annullis meis per tabellarium hebdomadalem in Galliam avolassent. At septimanae leve dispendium est, ~~in~~ circa rem neque ad animae neque ad Reip. salutem magnopere spectantem. Ego hoc potissimum doleo atque indignor, ~~[illegible]~~ promptiores illos multo quam par est atque a scopo contentionis ut ab humanitate ~~[illegible]~~ civium, longe alienissimos Gallorum impetus animum tibi quoque praebuisse a via deflectendi, bonasque horas, significande de ~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ sic loquenti ignorantis, male collocandi. Deinde, quod ~~[illegible]~~ singulis sui ineptissimae et mihi quidem hactenus ignota mysteria [illegible] venditantis, alteram sic quoque inutili operi causam ~~[illegible]~~ dederint, phantasiisque tot nullo ac diluentem, quibus commode caruissemus, grandium epistolarum autorem esse coegerint, qui, quod facis ubi ad rem ventum est, ~~paucis~~ compendio refutare potueras singula refragantium argumenta. Si me audis, amice, omissa hac in posterum facturusque ~~[illegible]~~, ~~atque~~ ad logicas argumentationes, ut coepisti, imitatoresque potius Rhetoris, facundia quidem sua hactenus ~~male~~ perpetuo abutitur. Ecce tamen Thesaurarij tui, quam refutas, epistolam, secundis, ut videtur, curis emendatiorem atque ampliorem, itaque nuper demum mihi commendatam. Si forte, prius quam de hac molesta tabula manum tollas, ad eaque passim addita ~~[illegible]~~ vel interpolata invenies, ultra quid respondendum censeas. Potueras et hanc ante videre habuisse; sed cum ex Porlio quidem accelerationem intelligere destinassem, et quid omnino ad Gallos rescripturus esses, unus hic et alter dies inter moram ~~expectando~~ ~~morandi~~ effluxit.

Vale

quod mones denique, ut negotium transmittendarum
Cantionum variarum ad Principes Regum Christianorum musicos
apud Mersennum promoveam, frustra laboras. Idem enim
recentissimis ille literis ~~rogat~~ a me flagitat peneres de ut procurem; hac
conditione ut eodem in folio atque ex adverso ~~[illegible]~~ invicem
sibi singulae cantiones ~~[illegible]~~ cum Bassis, et quidem ~~[illegible]~~ mediis, bi-
cinium et partibus exacte describantur, musicis illis
hoc apparatu exhibendae, rogante singulos Mersenno
utriusque auctoris nomine, ut quam alteri praeferre
ex animo censuerint, id suis manibus ~~et~~ nomine collegarum
~~[illegible]~~ ~~[illegible]~~ adstipulationis notam verbo subscribere velint
damnataeque autem Negrum praefigere Thetam. Si placet
pactum (neque esse quidquam arbitror cur displiceat)
rogavi ut Amanuensi tuo, facto ad rem Musicam
scriptori, exarandae quas dixi tabulae provinciam des.
Dabo ~~[illegible]~~ mox ego operam ut per proximos Tabellarios in Galliam
asportentur, et quam tantorum Iudicum futurae sint
horribiles sententiae tecum, Banni humanissime,
perquam avide exspectabo.

Eorum quae hisce epistolis ad Gallorum scripta respondes
nihil nunc attingo ~~aggredior~~ ~~[illegible]~~. fateor esse ubi ab illis, ita
ubi a te dissentiam, et hanc quoque mihi libertatem
ab ~~humanitate~~ aequitate tua deberi censeo, donec pluribus
edoctus, in partes fortassis transitum faciam, fortasse
vero in meas te pertracturus; quod licet vix sine risu a
~~[illegible]~~ legi sciam, non arbitror satis causae esse cur
sperare timeam. Scommatis sane vel conviciis, ut
Galli amant, numquam certabimus. Humanitate vero, et
qualis ~~[illegible]~~ hae argumenta decet ~~[illegible]~~, suavibusque musicaque sermonum
reciprocatione. Sermonum, inquam, mi Banni; cum sic
utriusque otia succisiva ferant; non literarum: Iam enim
ab epistolis ad libellos excrevimus ~~[illegible]~~, ut pene me vides
facere, ~~[illegible]~~ cui nec otium hodie ~~[illegible]~~ ista ~~[illegible]~~ prosequendi
nec animus fuit. Ignosce recenti et calido ab epistola-

rum lectione, et voluptate dissolvi cum animi fructu facile absolvi.
Tequid pene in Galliam ... Hagae XVII. Cal. Febr.
Velis mei hanc et proximam hanc dicere exspecto. Vale me dilige ut me amas.
CIↃIↃCXLI
Tuus ex animo ...